



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

6 Quomodo se habeat ad fiduciam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

cit quod magnanimus non est philokindinos, id est, amator periculi: ad fortē autem pertinet se expōnere periculis, ergo magnanimitas non conuenit cum fortitudine, vt possit dici pars eius.

¶ 3 Prate. Magnanimitas respicit magnum in bonis sperandis. Fortitudo autem respicit magnum in malis timendis, vel audiendis: sed bonum est principius quam malum. ergo magnanimitas est principior virtus quam fortitudo. non ergo est pars eius.

SED CONTRA est, quod Macrobius & Andronicus ponunt magnanimitatem fortitudinis partem.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut supra dictum est\*, principialis virtus est, ad quam pertinet aliquem generalem modum virtutis constituere in aliqua materia principalis. Inter alios autem generales modos virtutis unus est firmitas animi, quia fieri se habere requiritur in omni virtute, ut dicitur i. \*Ethico. Pracipue tamen laudatur hoc in virtutibus, quae in aliquo arduum tendunt, ut quibus difficillimum est firmitatem seruare. Et ideo quod difficilis est in aliquo ardito fieri se habere, tanto principalior est virtus, quae circa illud firmitatem praefatarum animo. Difficilis autem est fieri se habere in periculis mortis, in quibus confirmat animum fortitudo, quam in maximis bonis sperandis, vel adipiscendis, ad qua confirmat animum magnanimitas: quia sicut homo maxime diligit vitam suam, ita maxime refugit mortis pericula. Sic ergo patet quod magnanimitas conuenit cum fortitudine, in quantum confirmat animum circa aliquod arduum. Deficit autem ab ea in hoc, quod firmat animum in eo circa quod facilius est firmitatem seruare. Vnde magnanimitas ponitur pars fortitudinis, quia adiungitur ei sicut secundaria principali.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut Philolophus dicit in 5. \*Ethico. carere malo accipitur in ratione boni. Vnde & non superari ab aliquo graui malo, puta, a periculis mortis, accipitur quodammodo pro eo, quod est attingere ad magnum bonum, quorum primum pertinet ad fortitudinem, sed secundum ad magnanimitatem: & secundum hoc fortitudo, & magnanimitas pro eodem accipi possunt. Quia tamen aliaratio difficultatis est in utroque praedictorum, ideo proprie loquendo magnanimitas a Philo sopho \*ponitur alia virtus a fortitudine.

Ad II. dicendum, quod amator periculi dicitur, qui indifferenter se periculis exponit: quod videtur pertinere ad eum, qui indifferenter multa quasi magna existimat, quod est contra rationem magnanimitatis. Nullus enim videtur pro aliquo se periculis exponere, nisi illud magnum existimat. Sed pro his, que vere sunt magna, magnanimus promptissime periculis exponit: quia operatur magnum in actu fortitudinis, sicut in actibus aliarum virtutum. Vnde Philolophus ibidem \*dicit, quod magnanimus non est microkindinos, id est, pro paruis periclitans. Sed est megalokindinos, id est magnanimus periculis periclitans. & Seneca dicit in libro † de quatuor virtutibus. Eris magnanimus, si pericula non appetas ut temerarius, nec formides ut timidus. Nam nil timidus facit animum, nisi reprehensibilis vita conscientia.

Ad III. dicendum, quod malum in quantum huiusmodi, fugiendum est. Quod autem contra ipsum sit persistendum, est per accidentem. in quantum oportet sustinere mala ad conseruationem bonorum. Sed bonum de se est appetendum: & quod ab eo refu-

giatur, non est nisi per accidentem, in quantum scilicet existimatur excedere facultatem desiderantis. Semper autem quod per se est, potius est quam illud quod est per accidentem: & ideo magis repugnat firmitati animi ardum in malis, quam arduum in bonis. & ideo principalior est virtus fortitudinis, quam magnanimitatis. Licer. n. bonum sit simpliciter principalius quam malum, malum tamen est principalius quam ad hoc.

## ARTICVLVS VI.

Vtrum fiducia pertineat ad magnanimitatem.

**T** Super Questionis centesime vigesima nona Articulum secundum.

**A**D SEXTVM sic proceditur. Videatur quod fiducia non pertineat ad magnanimitatem. Potest enim aliquis habere fiduciam non solum de seipso, sed etiam de alio, secundum illud 2. ad Corinth. 3. Fiduciam autem talam habemus per Christum Iesum ad Deum, non quod sufficiens simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed hoc videtur esse contra rationem magnanimitatis. ergo fiducia ad magnanimitatem non pertinet.

¶ 2 Præt. Fiducia videtur esse timori opposita, secundum illud Isa. 12. Fiducialiter agam, & non timebo: sed carere timore magis pertinet ad fortitudinem. ergo & fiducia magis ad fortitudinem pertinet, quam ad magnanimitatem.

¶ 3 Præt. Præmium non debetur nisi virtuti: sed fiducia debetur premissum. dicitur enim ad Hebr. 3. quod sumus domus Christi, si fiduciam & gloriam spesi: quia fiducia est quædam virtus distincta a magnanimitate: quod etiam videtur per hoc quod Macrobius\* eam magnanimitati coniuidit.

Sed contra est, quod Tullius\* in sua Rhetorica videtur non fiduciam loco magnanimitatis, ut supra dictum est.†

RESPON. Dicendum, quod non men fiduciae ex fide assumptu est, sed videtur. Ad fidem autem pertinet aliquid, & alicui credere. Pertinet autem fiducia ad spem, secundum illud Iob 11. Habetis fiduciam propositam tibi spe: & ideo nomen fiduciae hic principaliter significare videtur, quod aliquis spem concepiat ex hoc, quod credit verbis alicuius auxiliū promitteris. Sed quia fides dicitur. Et opinio vehementer contingit autem aliquid vehementer opinari non solum ex eo, quod est ab alio dictum, sed etiam ex hoc quod est in alio consideratum: inde est quod fiducia etiam potest dici, quia aliquis spem alicuius Secunda Secunda S. Thomæ.

**I**n art. 6. eiusdem cor. in ref. ad tertium pro quanto ibi dicitur, quod fiducia pro spe certa in materia magnanimitatis non est virtus, sed ceditio virtutis, dubium ex Martino occurrit in eodem tractat. quaff. de fiducia, p. bâre primò quod est species magnanimitatis. Primo. Fiducia continetur sub aliqua virtute, ut inferius sub superiori essentiālē: sed nulla est alia, nisi magnanimitas. ergo. Minor patet, quia refracta est ad materiam magnanimitatis. Major probatur, quia actus fiduciae est actus p. se virtuosus. ergo habens est per se virtus.

Dicit secundò, quod non valeret, quod dicit Thomas, quod fiducia importat quendam modum spes: quia fiducia est spes robusta ex firma opinione, quia posset queri, qd p. modum spes intelligatur. Aut. n. intelligit ipsam spem, aut aliud a spes. Et si aliud, aut insecum, aut extrinsecum: & facile deducetur mēbris. Ego autem dico, quod fiducia non est aliud quam spes, non qualibet, sed habens conciunctam certitudinem. Et si hoc intelligatur per modum spes, non contradic.

¶ Ad hoc dicitur, negando quod fiducia, ut est pars integralis fortitudinis, ut scilicet refracta est ad materiam fortitudinis, ut virtus proprie loquendo: sed propter rea non continetur sub aliqua virtute, ut inferius sub superiori essentiālē. Et ad probationē, quod fiducia est actus p. se virtuosus. et R.R. go ha-

Vtrum securitas ad magnanimitatem pertinet;

## QVAEST. CXXIX.

Art. 1. ad 2.  
argam.

go habitus est per se virtus. Negatur antecedens, quoniam actus fiducie non est virtuosus per se, sed ut pars alterius, scilicet fortitudinis: sicut nec actus hepatis, aut cerebri est actus per se, sed ut pars, quaerit quicquid est, totius est. Vnde author dicit, quod non est fiducia virtus, quia alienam materiam respicit, scilicet fortitudinis materiam ad virtutis autem speciem propria exigitur materia. Ad improbatorem autem secundum loco authoris responderetur, quod robur spei est modus spei addens supra spem firmitatem rectam. Et sic patet quod est aliud alii, & est qualitas, vel relatio superaddita spei secundum diversas opiniones de bonitate, & malitia moralis in passim posita vel elicitive, vel imperative, &c. Hac enim sunt proposito impertinentia, & sunt in praecedenti libro tractata.

Li. 4. cap. 3.  
deciman do  
ad finem  
tom. 1.  
D. 679.

rei concepit ex aliquo considerato. Quandoque quidem in seipso, pura, cum aliquis videns se sanum confidit se diu victurum. Quandoque autem in alio, puta, cum aliquis considerans alium amicum suum esse, & potentem, fiduciam habet adiuuari ab eo. Dicitum est autem supra, \* quod magnanimitas propri est circa spem alicuius ardui: & ideo quia fiducia importat quoddam robur speci proueniens ex aliqua consideratione, qua facit recte mentem opinionem de bono afferendo, inde est quod fiducia ad magnanimitatem pertinet.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod sicut dicitur in 4. Ethicorum, \* ad magnanimum pertinet nullo indigere, quia hoc deficiens est: hoc tamen debet intelligi securum modum humanum, vnde adit, vel vix. Hoc est enim supra hominem, vt omnino nullo indigetur. Indiger enim omnis homo, primo quidem divino auxilio: secundo autem etiam auxilio humano, quia homo est naturaliter animal sociale, eo quod sibi non sufficit ad vitam. In quantum ergo indiger alii, sic ad magnanimum pertinet, vt habeat fiduciam de alii: quia hoc etiam ad excellentiam hominis pertinet, quod habet alios in promptu, qui enim possint iuicare. In quantum autem ipsa aliquid potest, intantum ad magnanimitatem pertinet fiducia, quam habet de se ipso.

1.3. q. 21. a. 1.  
2. & 3. & q.  
4. a. 1. 4.

Ad 11. dicendum, quod, sicut supra \* dictum est, cum de passionibus ageretur, spes quidem directe opponitur desperationi, qua est circa idem obiectum, scilicet, circa bonum: sed secundum obiectorum contrariatem opponitur timori, cuius obiectum est malum. Fiducia autem quoddam robur speci importat, & ideo opponitur timori, sicut & spes. Sed quia fortitudo proprie firmat hominem circa mala, magnanimitas autem circa prosecutionem bonorum: inde est quod fiducia magis proprie pertinet ad magnanimitatem, quam ad fortitudinem. Sed quia spes causat audaciam, qua pertinet ad fortitudinem, inde est quod fiducia ex consequentiad fortitudinem pertinet.

Ad 111. dicendum, quod fiducia, vt dictum est, importat quandam modum spes: etenim fiducia spes roborata ex aliqua firma opinione. Modus autem adhibitus alicui affectioni potest pertinere ad commendationem ipsius actus, vt ex hoc sit meritorius: non tamen ex hoc determinatur ad speciem virtutis, sed ex materia. Et ideo fiducia non potest, proprie loquendo, nominare aliquam virtutem, sed potest nominare conditionem virtutis. Et propter hoc numeratur inter partes fortitudinis, non quasi virtus adjuncta, nisi secundum quod accipitur pro magnanimitate a Tullio, \* sed sicut pars integralis, vt dictum est. \*

Loco citato  
in argu. led  
contra.  
q. 128. ar. 1.

G A D septimum sic proceditur. Videtur quidem securitas ad magnanimitatem non pertinet. Securitas, vtr supra habuitur \* est, importat quietem quandam a perturbacione timoris: sed hoc maxime facit fortitudo. ergo securitas videtur idem esse, quod fortitudo: sed fortitudo non pertinet ad magnanimitatem, sed potius econciatio, ergo neque securitas ad magnanimitatem pertinet.

¶ 2. Pret. Itid. dicit in 1. Etymolog. \* q. securus dicitur qualis sine cura: sed hoc videtur esse contra virtutem, quae curam habet de robore honestis, secundum illud Apofolio 2. ad Timot. 2. Solicite cuna tempus probabilem exhibere Deo. ergo securitas non pertinet ad magnanimitatem, quae operatur magnum in omnibus virtutibus.

H ¶ 3. Pret. Non est idem virtus, & virtutis premium: sed securitas pertinet virtutis premium, vt patet Job 11. Si iniquitatem, que est in mortua, abfultur, defossum securus dimites. ergo securitas non pertinet ad magnanimitatem, nequaquam virtutem, sicut pars eius.

I SED CONTRA est, quod Tullius dicit in 1. \* de Officiis, quod ad magnanimum pertinet neque perturbatione animi, neque homini, neque fortune succumbere sed in hoc consistit hominis securitas ergo securitas ad magnanimitatem pertinet.

R ESPON. Dicendum, g. sicut Philos, dicit in 2. \* sive rhetorica, Timor fecit homines confitentes, in quantum scilicet curambent qualiter possint evadere eorum que timunt. Securitas autem dicitur per remissionem huius curae, quam timor ingreditur: & ideo securitas importat quandam perfectam quietem animi a timore, sicut fiducia importat quoddam robustum spem. Sicut autem spes directe pertinet ad magnanimitatem, scilicet directe pertinet ad fortitudinem. & ideo sicut fiducia immediate pertinet ad magnanimitatem, et securitas immediate pertinet ad fortitudinem. Considerandum est, quod sicut spes est causa audacia, ita timor est causa desperationis, vt supra habuitur, \* cum de passionibus ageretur. & ideo sicut fiducia ex consequentiad pertinet ad fortitudinem, in quantum